



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1655

§. 243. Ministrantes ei. v. 55.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45515

mulieres quæ steterunt in monte Caluariæ licet à longe, & hanc tragediam viderunt & audierunt, & quæ in vita Christum Iesum secutæ fuerant, ut audirent verbum eius & miracula viderent, modo etiam ut & finem vitæ eius viderent, an verba vltima vitæ eius conuenirent: optimæ tes, quod in vita fideles Magistro, etiam in morte fideles perstitissis. Stantes autem erant à longe, ob multitudinem armatorum, & confluentium virorum, ideo proprius accedere non commode poterant & præ verecundia & honestate muliebri melius à longe stabant, quam sese ingerebant, ut & ego verecundiam meæ personæ conuenientem semper retinere addiscam.

Domine etiam si non fuerim corpore præsens cum hisce mulieribus in monte Caluariæ ad videnda mirabilia hæc & miranda: attamen etiam atque etiam rogo te piè Iesu maneant illa scripta in corde meo, ut ea mediter nocte atque die, & sic à longe non distantia affectus, sed solius temporis & loci, disunctus intervallo contempler tuam S. Passionem, maxime in Missæ sacrificio.

§. 243. Ministrantes ei. v. 55.

Non de vulgo fuere istæ mulieres, quæ de longè aspexerunt Domini exitum, sed eximie piæ & deuotæ, non solum aliqua pietate durante ad horam, sed assidua, & operibus, maxime liberalitatis, contestata. uipote quæ Christo in vita vsque ad mortē Crucis, ministrauerant, & omnē humanitatem. istæ cum B. V. Maria sunt Fundatrices status calibis, status Virginilis, ac vidualis in Ecclesia Catholica celeberrimi, cuius professas, olim Diaconissas appellarunt, eo quod Sacerdotibus & Episcopis ad paramenta sacerorum texenda, lauandaque, item ad instructionem mulierum ac puellarum subseruirent.

Domine, doceor hic multa à tuo S. Euangelista. 1. beneficia aliorum describere & prædicare, peccata celare. 2. Triumphum gratiæ tuæ, quæ in sexu fragili cessantibus viris sese exerebat. 3. Ecclesiam Catholicam Romanam, vere esse eam quam tu fundasti verbo & exemplo. In hac enim sola viget professio Diaconissarum Virginum, & Viduarum ministrantium religioni, nuptias negligentium. Gratias tibi ago pro tuis doctrinis, da ut istæ perseuerent semper & opere compleantur assidue in tua Ecclesia.

§. 244. Inter quas erat Maria Magdalena, & Maria Iacobi & Salome, & Iosiph Mater, & Mater filiorum Zebedai. v. 57.

Ut posteritati constaret, quænam potissimum fuissent istæ piæ, fortes & deuotæ mulieres, quæ Christum & in vita & in morte secutæ ministraverant,